



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

ia, quæ
am, in
I.lib.I.
mones
IX.
LI.
uerten-
inè ha-
nordi-
e Aqui
ngelia
, de san-
ex

F. JOANNIS SLO-
TANI GEFFENSIS SA-
CRAE THEOLOGIAE PROFES-
foris De retinenda fide orthodo-
xa & Catholica aduer-
sus hæreses &
sectas

LIBER PRIMVS.

Dialogus.

Interloquutores, Orthodoxus &
Cacodoxus.

CAPVT PRIMVM.



ACOD. Quousque Orthodoxe vanissime per-
stabis in semel malefixa
sententia? Quandiu Pa-
pisticis nugis adhæreibis?
Quando veritatis lumen errore deposi-
to agnosces atque amplecteris? Satis iā-
diu veritati reluctatus es. Satis iā mul-
tis argumentis pertinaciam demonstra-
sti tuam. Cede vel tandem veritati, per-

B tina-

IOANN. SLOT. GEF.

tinaciam pone & Euangelicum lumen
(quod hactenus quidem vel obfuscatur
vel ignoratum fuit) obuijs (quod aiunt)
vlnis excipe, Euangelicam & apostolicam
doctrinam (quae singulari diuinæ
bonitatis dignatione iam vniuerso inue-
hit mundo) arripe, nec te patiaris errorum
tenebris diutius detineri. ORTHOD.
Quam nouam lucem ego hic audio?
quodnam nouum Euangeliū? Vel
quamnam Euangelicā & apostolicam
doctrinam? Num Catholica & Aposto-
lica Ecclesia, vñquam caruit Euangeliō?
An vñquam ei defuisse credēda est Ca-
tholica & Apostolica doctrina? Nū po-
test esse aliud Euāgeliū, præter illud
quod accepimus à Christo, Apostolis
& Euangelistis? An potest esse alia do-
ctrina, præter Catholicam & Apostoli-
cam quæ latere potuit Ecclesiam ab i-
nitio sui usque ad hæc nostra tempora?
Cedo Cacodoxe quænam isthæc est no-
ua illuminatio, quod Euangeliū, quod
tantopere prædicas, ad quod suscipien-
dum me hortaris, ut pertinacia deposita,
veram Euangeliū lucem amplectar.
Ego

DE RETI. FIDE ORTH. 2

Ego(ut ingenè fatear quod sentio)nul
lum aliud agnosco Euangelium, nullā
aliam recipio doctrinā, quām iam scio
agnouisse patres maioresque nostros,
qui hoc Euangelium, qui hanc doctri-
nam(quām ego sequor, & cui ihæreo,
cuique inhærebo & adhærebo, quoad
vixero) à suis quoque maioribus acce-
pere,& illi deinceps à suis, donec tandem
ad Apostolos veniamus, qui hanc do-
ctrinam à Christo,& Christus à Deo ac-
cepit.Præter hanc doctrinam, omnis a-
lia mihi anathema est,& tanquam pere-
grinam & hæreticam abominor.

CAPVT II.

CAcodoxus. Audistīne vnquam
Martini Lutheri nomen?nunquā
legisti libros eius? nondum cognita at-
q; perspecta est tibi eius doctrina, quā
iam tota ferme Germania, atq; aliæ plu-
mæ non contemnendæ prouinciæ, se-
quuntur atq; mordicus tenent? neque
dubito futurū, quin breui pōst hac vni
uersus Christianus sit acceptur' orbis,
maximè vbi intelligere ac subodorari

B 2 cœperit,

Ego